

.lxiii. DE MARTYRIBUS .

/132v/ His subiectum est triumphale martyrum nomen . qui
per diuersa tormentorum genera . christi passionem non lacescén
tibus precordiorum mentibus imítabantur . Alii ferro perempti .
Alii flammis exusti ; Alii flagellis uerberati . Alii uec
tibus perforati ; Alii cruciati patibulo . Alii pelagi-
periculo demersi ; Alii uiui decoriati ; Alii uinculis man
cipati ; Alii linguis priuati ; Alii lapidibus óbruti ; Alii
frigore afflicti ; Alii fame cruciati . Alii uero trunca
tis manibus . siue ceteris cési membris . spectaculum contu
meliae in populis nudi propter nomen domini portantes . Hi sunt
triumphatores et amici dei . qui contemnentes scelera
torum iussa principum . modo coronantur et accipiunt
palmas laborum ; quia fundati erant supra firmam pe
tram . id est christum . Haec sunt enim uestigia . quę nobis
sancti quique reuertentes in patriam relinquerunt . ut
illorum semitis inherentes . sequeremur et gaudia . Para
disum cum illis computemus . parentes patriarchas iam
habere coepimus . Cur non properamus et currimus .
prout patriam nostram uidere et parentes salutare possimus?
Magnus illic carórum nos numerus expectat . parentum .
fratrum . filiorum . frequens nos . et copiosa turba desiderat .
Iam de sua in colomitate secúra ; adhuc de nostra salute
sollícita . Ad eorum complexum et conspectum uenire .
quanta et illis et nobis in commúne lętitia est ; qualis illic
caelestium uoluntas . conseruórum societatem expectan
tium . quam summa et perpetua felicitas . Illic apostolorum glo
riósus chorus . Illic prophetarum exultantium numerus
insignis ; Illic martyrum populus innumerabilis

/133r/ ob certaminum uictorias coronantur . et illic clarissima uir
ginum turba letatur . Illic etiam confessorum fortitudo
laudatur . sed et illorum remuneratio censetur ; qui
precepta dominica seruantes . ad celestes thesauros
terrena patrimonia transtulerunt . Ad hos di
lectissimi uida cupiditate properemus ut cum his
semper esse et congaudere et cito ad christum uenire merea
mur ; Eumque huius itineris ducem habeamus . salu
tis auctorem . lucis principem . letitie largitorem . Qui uiuit
et regnat . cum deo patre in unitate spiritus sancti . per omnia secula
seculorum amen .